



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Modus breuißimus, & efficacißimus orandi Devm. Cap. 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

CAPVT XXI.

**B**one, Pulcherrime. Do- Oratio fix-  
 mine, Dulcis. Misericors, miserere mei, & om- gularis sex  
 nium animarum, tam vi- per ore aut  
 uorum quàm mortuorū, corde prae-  
 quas redemisti tuo pretio- renda.  
 so sanguine.

Hæc oratiuncula magnam habet  
 efficiaciam quiduis à Deo impetrā-  
 di: uti testis est Regius Propheta di-  
 cens: *Laudans invocabo Dominum & ab* psal. 17.  
*inimicis meis saluus ero.*

Ac proinde qui cum fructu ora-  
 re volet, in omni petitione quinque  
 hæc nomina præmittet.

**B**one, Pulcherrime, Do-  
 mine, Dulcis, Misericors.

Deinde quicquid petere vult sub-  
 ſtinet; maximè ut Deus misereat-  
 ur sui & omnium fidelium tam  
 viuorum, quàm defunctorum, quā-  
 doquidem oratio quantò est gene-  
 ralior, tantò & fructuosior. Poterit

O 3 autem



autem eam, ore vel corde prout libitum fuerit frequentare.

Ei autem qui eam crebro pio cum cordis affectu vsurpauerit, fidem facere ausim, ipsum omnia quæcunque ipsi vtilia & salutaria fuerint obtenturum: cum nullus orandi modus esse sit efficacior, quo Deus laudatur & misericordia illius extollitur, quemadmodum in prædicta oratione fit, vbi Bonus, pulcher, Dominus, dulcis, & misericors appellatur.

Possunt etiam sequentes S. scripturæ sententiæ ad hoc ipsum adhiberi.

*Sententiæ aliquot, quibus Deus laudatur: ac benevolentia illius, ante orationem conciliatur.*

*Sap. 15.*

**T**V autem Deus noster suavis, & verus es, patiens & in misericordia disponens omnia.

*Psal. 17.*

Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Non



Non est similis tui in Dijs Domine: & non est secundum opera tua. *Psalm. 85.*

Quoniam magnus es tu: & facies mirabilia: tu es Deus solus.

Quia tu es Dominus, altissimus, benignus, longanimis, & multum misericors & poenitens super malitias hominum. *2. Par. 36.*

Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui magnificus in sanctitate: terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia. *Exod. 15.*

Domine Deus virtutum quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. *Psal. 38.*

Et tu Domine Deus miserator, & misericors: patiens & multae misericordiae, & verax. *Psal. 85.*

*Exercitium aliud ad perfectionis culmen apprehendendum efficacissimum, vsus videlicet orationum iaculatoriarum.*

CAPVT XXIII.

**O**RATIONES iaculatoriae sunt flores quidam venustissimi,

○ 4 per